

CALIDORVS

Immo égo tacebo: tú istine ex cerá cita.  
Nam istíc meus animus núnc est, non in péctore.

PSEVDOLVS

Tuam amícam uideo, Cálidore.

CALIDORVS

Vbi east, ópsecro? 35

PSEVDOLVS

Eccam ín tabellis pórrctam: in cerá cubat.

CALIDORVS

At té di deaeque, quántumst . . .

PSEVDOLVS

Seruassínt quidem.

CALIDORVS

Quasi sólstitalis hérba paulispér fui:  
Repénte exortus súm, repentino óccidi.

PSEVDOLVS

Tace, dúm tabellas pélligo.

CALIDORVS

Ergo quín legis? 40

38. Cf. *Auson. p. 55, 41 sqq. ed. Peip.*: Solstitalis Velut herba solet Ostentatus Raptusque simul e. q. s.

33. CA. om. CD TUISTINC A, *Bothius*. tu hinc BCDFZ, nisi quod hic C. tu hinc quidem *Pylades*. tu hinc eum (cui praestabat tú eum hinc) *Camerarius*. tute hinc 'nescioquis' teste *Ritschelio*  
34. non om. C IN A inpectore (i ex e) D 35. CALYDORE A cum BC EAEST A. ea est BZ obsecro libri praeter AB V. 36. 37 in margine ex parte B habet eadem manu scriptos, et prima quidem verba Eccam intabellis porrec(tã) in loco fortiter raso, abscissis nunc in altero versu eis litteris quae sunt inter quan et Seruassint 36. C praem. B cera] ceita D cubat BCDFZ. ADCUBAT A: cf. *Baier de Pl. fab. rec. Ambr. et Pal. p. 156* 37. CA. om. B dii FZ deeqe D quantumst F. quantust CD. quantus es Z. QUANTUMEST A PS. FZ. spat. CD Post Seruas sint iterum spat. CD 38. CA om. CD solsticialis BDFZ. sol sticias C FUI(litteris UI incertissimis) A. fui BF. frui CDZ 39. repentino] repente B 40. lapellas B pelligo BCD. pellego FZ cum A (ubi utrum pellego an pelligo sit dubitat *Studemundus 'Ueber zwei Parallelkom.'* p. 53) perlego, ergo. CA. quin *Bothius* quin] quum Z LEGIS A